



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

25. Quid sit de illorum, qui rogant ægrum an habeat peccata mortalia, & intellecto quod nullum designat, non absoluunt sed abeunt?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## QVÆSTIO XXV.

*Quid de illorum, qui rogant agrum, an habeant peccata mortalia, & in intellecto quod nullum designat, non absoluunt, sed abeunt?*

Quæstionis explicatio,

**C**Asus est talis, multi assueuerunt singulis Dominicis cōfiteri & communicare, corripuntur peste & volunt confiteri, inquit pastor, an aliquod peccatum præter quotidiana confitendum habeant, intellectu, quod nullum, non audit neq; absoluit: Quæritur, quid de hoc modo agendi censendum sit?

*Responsio.*

**H**ic modus agendi, etsi in magna contumacia videatur posse tolerari, tamē nō caret graui periculo: Prior pars probatur, quia veritas certa est & Catholica, non esse necessarium confiteri alia peccata quam mortalia: sic enim definiuit (a) Concilium Trident. & est communis Theologorum, quia ad remissionem venialium per se non est necessaria infusio gratiæ, & consequenter ad illorum remissionem non est opus aliquo sacramento tanquam gratiæ instrumento: non ergo tenebitur pastor vitam suam periculo exponere pro absolutione

*a Sess. 14. c. 5.  
& can. 7.*



tionem illorum impendenda, cum sine sacramento possint remitti. Posterior probatur, quia fieri potest, ut æger erret existimando peccatum esse veniale, quod est mortale, ut merito precatus sit regius Propheta: *(a) Delicta quis intelligit: ab oc ultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Quare pastor monebit talē, ut confiteatur saltem vel vnum veniale, & cum absoluat, maxime, si aliquo notabili tempore confessus non fuerit, cum homo sit sæpe peccatis occultis obnoxius, de quibus non conteritur, ac proinde si sine sacramento moreretur, periret, qui sacramento adiutus saluari potuisset.

Dices: Quid si vouit etiam confiteri venialia?

R. Potest tale votum intelligi vel de omnibus venialibus, vel de aliquibus, puta, quibus est multum obnoxius, & facile cognosci, & explicari possunt, & ad magnum animæ bonum pertinet illorum correctio.

Si primo modo votum illud intelligatur, negligendum est, sicuti periculosum, *(b)* & moraliter loquendo impossibile: Si altero, videtur pastor obligari ad ægrum in con-

*b Sotus in 4. dist. 18. 1. art. 2. circa fin.*

fessione audiendum, ne quantum in se est, violator voti censetur.

Q V Æ